

is auditoribus, ut *ἡ δὲ δὴ* nobilissimam commendavit, & ne latum unguem ab ea discederent suavor & autor fuit, qui ut voti sui compos fiat, clementer is concedat, cujus nutu omnia gubernantur, & in quo nos sumus, vivimus & movemur. POLITICUS porrò status hoc tempore fuit florentissimus & optimus, in quo ex altera parte ad Reipubl. Clavum sederunt peritissimi naucleri;

Dn. Nicolaus Falco &
Dn. Paschasius Westphalius } Consules.

Dn. Petrus Quatfaselius.

Dn. Joackimus Pichtius.

Dn. Christophorus Falco.

Dn. Paschasius Schinnemannus.

Dn. Theodoricus Westphalius &

Dn. Zacharias Alberti Senatores. Viri undiquaque literis ex-
Ex altera parte consulatum gesserunt, (cultissimi.

Dn. Johannes Falco.

Dn. Hinricus Schinnemannus, quos in ordine Senatorio se-

Dn. Andreas Büers. (cuti sunt.

Dn. Martinus Bornemannus.

Dn. Joachimus Michaël.

Dn. Johannes Munthius.

Dn. Mauritius Prætorius, &

Dn. Paschasius Horstius Senatores, Viri itidem Doctissimi
& Prudentissimi.

Ex his ædiles sacri fuerunt in Templo parochiali Dn. Paschasius Westphalius & Dn. Andreas Büersius, in æde verò D. Nicolai Dn. Nicolaus & Johannes Falco Consules, quibus hac vitæ usura diutissimè frui concedat is, qui est dierum nostrorum longitudo, & cui hoc, quicquid vivitur, ex asse est transcribendum.

Floruit etiam, quod sicco pede prætereundum non est, hoc tempore Schola nostra, cui præfecti fuere M.